Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Ecce

ad ulcisciuntur ruentes cadit qui vir ad proximum suum et dicet Surge
et revertamur ad populum nostrum et ad terram nativitatis nostre a facie gladii
columbe Vocate nomen pharao regis egipti tumultum adduxit tempus
Vivo ego inquit rex dominus exercituum nomen eius quia sicut thabor in
montibus et sicut carmelus in mari veniet Vasa captivitatis fac tibi habitatrix filia egipti quia menphis in solitudinem cedet et de
serietur inhabitabilis vicula elegans ac formosa egiptus stimu
lator ab aquilone veniet ei Mercenarii quoque eius qui incitantur in medio
eius quasi vituli saginati versi sunt et fugerunt simul non stete
runt / quia dies interfectionis eorum venit super eos tempus visi
tationis eorum Vox eius qui aeris sonabit quasi ad exercitum procedent
et ad securibus venient ei Quasi lignatores succidentes silvam ei
ait dominus quia superiorem non potest ad ulciscendum sicut locustae et non
est eis numerus Confusa est filia egipti et tradita in manu populi aqui
lonis dicit dominus exercituum deus israhel Ecce ego visitabo super tu
multum Alexandrie et super pharao et super egipti et super deos eius et
super reges eius et super pharao et super eos qui confidunt in eo et dabo eos
in manu querentium animas eorum In manu Nabuchodonosor regis ba
bilonis et in manu servorum eius et post hec habitabitur sicut diebus pristi
nis ait dominus Et tu ne timeas serve meus iacob et ne paveas israhel
quia ecce ego saluum te faciam de longinquo et semen tuum de terra capti
vitatis tue Et revertetur iacob et requiescet et prosperabitur et non erit qui exterreat
eum Et tu noli timere serve meus iacob ait dominus quia tecum ego sum
quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te / te autem non consuma.
Sed castigabo te in iudicio ne quasi innocentem parcam tibi

PL.VII.

Quod factum est verbum domini ad hieremiam prophetam contra palestinos
antequam percuteret pharao gazam Hec dicit dominus Ecce aquae as
cendunt ab aquilone et erunt quasi torrens inundans et operient terram
et plenitudinem eius urbem et habitatores eius Clamabunt homines et ulu
labunt omnes habitatores terre a strepitu pompe armorum et bellatorum
eius a commotione quadrigarum eius et multitudine rotarum illorum
Non respexerunt patres filios manibus dissolutis propter adventum
diei in quo vastabuntur omnes philistiim et disperdetur tyrus
et sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis Depopulatus est